



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 46. S. Bernardi Apologia ob infelicem exitum Expeditionis in Terram Sanctam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

§. XLVI.

Sæcul. XH.

A. C. 1150.

*S. Bernardi Apologia ob infelicem exitum Expeditionis in Terram Sanctam.*

Liber secundus scriptus est anno sequente millesimo centesimo quinquagesimo, ac initio Apologiam S. Bernardi continet, ob Expeditionem Hierosolymitanam infeliciter suscepitam. Nam culpa in S. Abbatem rejiciebatur, quod ipsius potissimum prædicatione commoti Fideles rem tantam moliti fuissent. Quamvis ut prædicaret bellum Sacrum Rex Galliæ sèpius institisset, Papa diserte præcepisset, & ipse se a Deo missum fuisse multis Signis editis satis probasset. Quin etiam, ut post belli exitum sibi objecta dilueret, miraculum patravit; illo enim tempore quo fama in Franciam attulit, profligatum fuisse Christianorum exercitum, quidam pater filium suum cœcum ad S. Bernardum adduxit, cumque Vir Sanctus operam suam conferre renueret, quod res supra merita sua esset, tam ferventer rogavit afflictus pater, ne sibi opem denegaret, ut tandem repugnantem vicerit. Tunc vero S. Bernardus, manibus super caput infantis positis, oravit, ut si Deo Auctore & per signa adjuvante, bellum in Turcas prædicasset, id sanando hunc cœcum

Sæcul. XII. cum palam facere dignaretur. Tum cum  
 A.C. 1150. completa oratione effectum expectaret,  
 subito puer, quid jam mibi faciendum  
 est, inquit, quippe omnia clare video.  
 Et illico magnus clamor plurimorum ho-  
 minum tam monachorum quam Sæcu-  
 larium præsentium exoritur.

*ap. Bern.*  
*sp. 380.*

S. Bernardus ob funestam Crucige-  
 rorum sortem Epistolam consolatoriam  
 a Joanne Abbe Casemariensi prope Ve-  
 rulanum in Italia accepit, qui anno mille-  
 simo centesimo quadragesimo Monaste-  
 rium suum Congregationi Cisterciensi ad-  
 dixerat. Porro in sua epistola dicit: *Miki*  
*vero videtur Deus magnum bonum ex illa*  
*Peregrinatione eduxisse, licet alia ratione,*  
*ac peregrinantes crediderant. Si susce-*  
*ptum opus, ut Christianos decet, pietate*  
*& justitia prosecuti fuissent, in medio*  
*eorum pugnasset Deus, & eorum opera*  
*usus uberes fructus dedisset. Nunc au-*  
*tem, quia in gravissima criminis lapsi*  
*sunt, eorum malitia in misericordiæ suæ*  
*materiam mutata, miseras immisit, qui-*  
*bis purgarentur & ad vitam æternam*  
*pervenirent. Tandem nonnulli, qui ab*  
*hac peregrinatione revertebantur, fassi*  
*sunt, complures Crucigeros auditos fuisse*  
*dicere, se lætos mortem oppetere, nec*  
*cupere redire in patriam, ne rursus in*  
*peccatorum barathrum inciderent. Otto*  
*Frisingensis eodem modo causam infor-*  
*tunatæ*

tunatæ Expeditionis explicat. Non ne- Sæcul. XII.  
gat, S. Bernardum Bellum Sacrum præ- A.C. 1150.  
dicantem Spiritu Dei actum fuisse, quam- *Frid. lib. I.*  
vis hic Scriptor in aliis locis S. Abbatii c. 60.  
non parum infensus videatur.

### §. XLVII.

#### *De Consideratione Liber secundus.*

Itaque S. Abbas secundum librum de Consideratione, sua Apologia, exorditur. Excusat, quod tam diu hanc Scriptiōnem inchoatam dimiserit, cum funesto Sacræ expeditionis exitu usque adeo fuisse animo turbatus, ut non modo scribendi tœdium, sed etiam mortis desiderium subiisset. *Dicimur bona promississe, quorum loco, inquit, secuta essent pessima. Quasi vero temere opus istud aut leviter aggressi essemus, tua iussa, imo te jubente Dei mandata exsecuti sumus.* Exemplum deinde Moysis affert, qui pollicitus esset Israelitis, eos in meliorem terram ducere, nec tamen eos introduxisset, quamvis egisset secundum Dei mandatum miraculis confirmatum. Tumque affirmat, Crucigeros Judæis nec minus incredulos nec minus rebelles extitisse. In rem suam commemorat bellum ab universis tribubus Israelitarum contra Benjamitas gestum; aggressores quamvis potiore causa & non sine nutu Dei proclarentur, bis a sceleratis fuisse

*Jud. 20.*